

The *Chrysostomus Latinus in Mattheum* Online (CLIMO) Project  
(<https://climo-project.wlu.ca>)

Omelia XIX. in Mattheum Iohannis Chrysostomi interprete Burgundio  
(BAV MS Vat. lat. 383, ff.72ra-78ra)

Attendite elemosinam uestram non facere coram hominibus ut uideamini ab eis.

Commented [ND1]: [fol.72ra]

Passionem que maiorem omnibus tyrannidem habet, iam exterminat. Rabiem, insaniam, que circa uanam gloriam innascitur, emendantibus, principio enim nichil de ea dixit. Etenim erat superfluum, antequam suadeat facere aliquid eorum que oportet, et qualiter oportet facere ea pertransire docere. Postquam autem induxit in philosophiam, tunc iam et assistentem ei purgat iacturam. Neque enim simpliciter paritur haec egritudo, sed cum multa emendauerimus eorum que iniuncta sunt. Quoniam igitur primum est plantare uirtutem, et tunc passionem uexantem eius fructum, destruere, et uide unde incipit, a ieiunio, et oratione, et misericordia, his enim maximae libenter immorari assueuit directionibus, phariseus denique hinc intumuit, dicens, ieiuno bis in septimana, decimo que existunt michi. Et in ipsa oratione uanam gloriam habebat, ad ostentationem eam faciens. Postquam enim nullus alius aderat, publicano demonstrabatur dicens. Non sum sicut reliqui homines, neque ut hic publicanus, et intuere qualiter incepit, uelut de fera aliqua difficile cognita et apta furari eum qui non ualde uigilat. Attendite enim ait, elemosinam uestram. Ita et paulus dicit philippensibus. Videte canes. Etenim occultae ingreditur fera. Et omnia euacuat sine sonitu. Et insensibiliter aufer, uniuersa que intus sunt. Quoniam igitur multum de helemosina fecit sermonem, et deum in medium induxit, qui oriri facit solem super pernitiosos et bonos, et undique incitauit ad hoc, et uegetari suasit copiositate largitionis, destruit iam et omnia que impediunt bonam hanc oliuam. Ideo ait. Attendite elemosinam uestram, non facere coram hominibus. Illa enim que ante dicta est, dei est helemosina. Et dicens non facere coram hominibus, induxit ut uideamini ab eis. Et uidetur quidem, secundo dictum esse idem. Si autem aliquis diligentur attenderit, non est idem, sed aliud est hoc, et aliud illud, et multam habet stabilitatem, et ineffabilem affectionem, et ueniam. Est enim et coram hominibus fatientem, facere ut non uideatur. Et non fatientem coram rursus facere ut uideatur. Ideoque non simpliciter quod fit, sed consilium, punit et coronat. Si enim non hec diligentia adiecta esset, multos utique pigritiores fecisset circa helemosinae dationem, quia non ubique omnino possibile est latenter facere. Propterea soluens te a necessitate hac, non fine rei, sed electione facientis, et dampnum et mercedem determinat. Vt enim ne dicas, quid enim ego uolo ut alius uideat. Non hoc quero ait, sed mentem tuam, et modum eius quod fit. Animam enim informare uult et omni eruere egritudine. Prohibens igitur ad ostentationem facere, et iacturam que ex hoc est docens id est uane et inanitur hoc facere, rursus eorum erigit sensum, patris rememorans et caeli, ut non iactura sola aggrauet, sed et memoria genitoris incitet. Non habens enim mercedem ait, a patre uestro qui est in caelis. Et neque hic stetit, sed et ultra procedit. Et per alia multam prouocationem operans, quemadmodum enim superius, publicanos et ethnicos posuit, qualitate persone confundens imitatores, ita et hic ypocritas. Cum igitur feceris ait helemosinam, ne tubas canas coram te, quemadmodum hypochrite. Non quoniam bucinam habebant illi, sed multam eorum ostendere uult insaniam, dictione metaphorae huius, conuitians hac, et infamans eos. Et bene hypochritas dixit. Vultus enim, helemosinae erat, mens autem, crudelitatis et inhumanitatis. Non enim ut proximorum misereantur fatiunt, sed ut gloria potiantur ipsi, quod ultimae erat crudelitatis, alio fame corrupto, munificentiam querere, et non soluere calamitatem. Non ergo dare helemosinam,

Commented [ND2]: uel dirigentibus add. super lin.

Commented [ND3]: direxerimus add. super lin.

Commented [ND4]: [fol.72rb]

Commented [ND5]: disputaris add. super lin.

Commented [ND6]: uel deinflat add. super lin.

Commented [ND7]: uel mentem add. super lin.

Commented [ND8]: uel certitudo add. super lin.

Commented [ND9]: [fol.72va]

Commented [ND10]: uel perfectione add. super lin.

Commented [ND11]: uel consilio add. super lin.

Commented [ND12]: uel inortacionem add. super lin.

sed ut oportet, est quod queritur, et propter hoc dare. Conuities igitur illis, et aggrauans eos ita, ut et uerecundatus sit auditor, emendat rursus mentem ob talia egrotantem. Et dicens. Qualiter oportet non facere, monstrat rursus qualiter oportet facere. Qualiter igitur oportet facere? ne noscat ait, sinistra tua quid facit dextera tua. Rursus hic non manus enigmatae insinuat, sed superhabundanter id posuit. Si enim possibile est, ait, te ipsum ignorare, studiosissimum sit hoc tibi. Et si ipsas possibile esset ministrantes manus latere. Non ut quidam aiunt quod peruersos oportet occultare homines. Omnes enim hic latere iussit. Deinde, et quanta est merces excogita. Postquam enim dixit penam quae illinc est, monstrat et honorem qui hinc est. Alterutrinque eos impellens, et ad excelsas ducens doctrinas. Etenim suadet scire quoniam ubique ad est deus. Et quod non usque ad presentem uitam stant quae nostra sunt. Sed et terribilius hinc nos suscipit iudicium. Et noxiae uniuersorum quae facta sunt. Et honores et supplicia. Et quod neque paruum neque magnum aliquis faciens, latebit, et si uideatur homines latere. Hec enim omnia enigmatae insinuauit dicens, pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in manifesto. Magnum et honestum id constituens spectaculum, et quod concupiscit, hoc cum multa dans ei super habundantia. Quid enim uis ait, nonne inspectores habere quosdam eorum quae fiunt? ecce igitur habes, non angelos, neque archangelos, sed deum uniuersorum. Si autem et homines concupiscis habere inspectores, neque hac te priuat concupiscentia tempore decenti. Sed et cum multa tibi id tribuit super habundantia. Nunc enim si ostenderis, decem et uiginti uel et centum hominibus ostendi poteris solis. Si autem studueris nunc latere, tunc te ipse deus famose predicat, orbe terrarum presente uniuerso. Quare maximae si uis homines uidere tuas directiones, absconde eas nunc, ut cum ampliori honore tunc eas uniuersi contemplantur, deo manifestas fatiente. Nunc enim te et accusabunt qui insipient, ut chendoxum id est uanum gloriatorem, coronatum autem uidentes, non solum non accusabunt, sed et ammirabuntur uniuersi. Cum igitur et mercedem accipere oporteat, et miraculum fructificare maius, paruo expectantem tempore, excogita quantae amentiae est, ab utrisque his cadere, et a deo mercedem petentes, et deo uidente, homines uocare ad ostentationem eorum quae fiunt. Si enim ostendi oporteret, patri ante omnes ostendere necesse est, et maxime cum et coronandi, et dampnandi, dominus pater sit, quamuis et si dampnum non esset non oportebat, spectaculum hoc dimittentes, permutare spectaculo hominum, eum qui gloriam concupiscit. Quis enim ita miser est ut rege studente ad inspectionem eius directionum uenire, illum quidem dimittere, a pauperibus autem et mendicantibus constituere suum spectaculum? Propter hoc utique non solum non ostendi iubet, sed et studere latere. Et quando oratis ait, non eritis uelut hypocrite, quoniam diligunt in sinagogis et in angulis uiarum stantes orare, amen dico uobis, apechusi, id est dimittunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra merarium tuum, et claudens ianua tuam, ora patrem tuum, qui est in absconso. Rursus et hos hypocritas uocat, et ualde decenter, quoniam deum fingentes orare, homines circumscrutantur, non supplicantium circum induti scema id est figura, sed hominum derisibilium. Qui enim est supplicaturus, omnes dimittens ad illum inspicit ad dominum existentem dare petitionem. Si autem hunc dimittens circumuieris errans, et ubique circumferens oculos, uacuis abibis manibus. Hoc enim ipse uoluisti. Propterea non dixit quoniam non accipient mercedem hii tales, sed quoniam apechusi, id est dimittunt, hoc est quoniam accipient quidem, a quibus autem concupiscunt ipsi. Non enim deus hoc uult. Sed ipse quidem retributionem quae est a se ipso, tribuere uellet, illi autem, eam quae ab hominibus est, querentes, non amplius utique erunt iusti, accipere ab illo, propter quem nichil fecerit. Tu autem michi intende dei philanthropiam id est amorem hominum, quando et pro his quae petitur a nobis bonis, promittit mercedem tribuere. Detrahens igitur his qui indecenter precepto utuntur, et a loco et a dispositione, et monstrans ualde derisibiles existentes, inducit optimum orationis modum et rursus mercedem dat dicens,

Commented [ND13]: [fol.72vb]

Commented [ND14]: uel peruersis add. super lin.

Commented [ND15]: uel hominibus add. super lin.

Commented [ND16]: uel ei add. super lin.

Commented [ND17]: [fol.73ra]

Commented [ND18]: Neque enim est equale non studere apparere, et studere latere add. in marg.

Commented [ND19]: quin add. super lin.

Commented [ND20]: [fol.73rb]

Commented [ND21]: uel potestatem add. super lin.

Commented [ND22]: uel ante eius fecit add. super lin.

Commented [ND23]: uel digni add. super lin.

Commented [ND24]: uel ad homines add. super lin.

Commented [CN25]: quin add. super lin.

intra merarium tuum. Quid igitur in ecclesia ait non oportet orare? Et ualde utique sed cum consilio tali. Vbique enim deus intentionem querit eorum quae effitiuntur, quoniam et si merarium intraueris, et claudens ad ostentationem id feceris, nulla tibi ianuarum est utilitas. Vide itaque et hic qualiter diligentem determinationem posuit dicens, ut appareant hominibus quare et si ianuas clauseris, hoc ante ianuarum preclusionem, et dirigi uult, et ianuas mentis, claudere. A uana gloria enim ubique quidem erui bonum est maximae autem in oratione. Si enim et sine hoc erramus et circumferimur, si et hanc ingressi fuerimus egritudinem habentes, quando audiemus ea que a nobis dicuntur, si autem nos qui rogamus et deprecamur non audimus, qualiter deum dignum estimamus audire? sed tamen sunt quidam qui post tales et tantas annuntiationes, ita de turpantur in oratione, ut et corpore occultato per uocem omnibus se ipsos manifestos faciant, confuse boantes, et schemate et uoce derisibiles se ipsos fatientes. Nonne uides quod et in foro siquidem talia aduenerit aliquis fatiens, et cum boatu supplicans, amouebit eum qui rogatus est? Si autem quiete et cum decenti schemate tunc attrahit magis eum qui potest dare gratiam. Ne igitur schemate corporis, neque clamore uocis, sed desiderio consilii orationes faciamus, neque cum sonitu, et echo, et ad ostentationem, ut et eos qui prope sunt ostendamus, sed cum omni mansuetudine, et contritione que est, secundum mentem, et lacrimis interioribus. Sed doles anima, et non utique potes non boare? Sed tamen ualde dolentis est, ita orare et deprecari, ut dixi. Quoniam et moyses dolebat, et ita orabat, et audiebatur. Propterea et dixit ad ipsum deus, quid clamas ad me? Sed et anna rursus uoce eius non audita, omnia expleuit quecumque uoluit, quoniam cor eius clamabat, abel autem nonne silens sed et deficiens orabat et sanguis eius bucina clarius emittebat uocem? Ingemisce igitur et tu ita ut sanctus ille non prohibeo, scinde ut propheta iussit cor tuum et non uestimenta. Ex profundis uoca deum, ex profundis enim ait, clamaui ad te domine, deorsum a corde attrahe uocem, misterium fac tuam orationem, nonne uides quod et in palatiis tumultus abest omnis, et multum undique est silentium? Et tu itaque ut in palatia intrans non quae sunt in terra, sed que multo sunt terribiliora his que in celis multum demonstra bonum habitum. Etenim cum angelis es chorum faciens, et archangelorum es communicator, et ea quae sunt seraphim cantas. Omnes autem hee plebes, multam demonstrant bonam ordinationem cum multo tremore misticam illam melodiam, et sacros hymnos, regi uniuersorum deo cantantes. His igitur misce te ipsum orans, et misticum eorum et zelare decorem. Neque enim homines oras sed deum ubique presentem, et ante uocem audientem, et ineffabilia mentis scientem. Si ita oraueris, multam recipies mercedem. Pater enim tuus ait, qui uidet in abscondito, reddet tibi in manifesto. Non dixit gratis dabit, sed reddet tibi. Etenim debitorem se ipsum tibi constituit, et magno te et hinc honorauit honore. Quoniam enim ipse est inuisibilis et orationem tuam talem esse uult. Deinde dicit et uerba ipsa orationis. Orantes enim ait, non uatogogite id est inania uel multa loquimini, quemadmodum ethnici faciunt. Quando enim de helemosina disputabat, pestilentiam, que a uana gloria est, amouit solum, et nichil amplius apposuit, neque dixit, unde helemosinam oportet facere, puta, a iustis laboribus, sed non ex rapina, neque auaritia. Etenim ualde erat confessum ab omnibus sed et superius hoc prepurgauit, cum esurientes et sitientes iustitiam beatificauit. In oratione autem, et aliud aliquid apposuit plus, non uatogogin id est inania uel multa loqui, et quemadmodum illic hypocritas, ita et hic ethnicos commedice exprobrat ubique personarum uilitate, maximae confundens auditorem. Quoniam enim sepius hoc maximae mordet, et grauat putare abiectis hominibus assimilari, hinc eos amouet, uathogologiam enim id est inanem loquutionem, hic flyariam id est nugas dicit, puta, cum non decentia petimus a deo, potentatus, et glorias, et inimicos superare, et pecuniarum superhabundantiam, et simpliciter que in nullo nobis pertinent. Nouit enim ait, quid opus habetis. Cum his uidetur michi iubere hic, neque longas facere orationes, longas autem non

**Commented [ND26]:** uel mente *add. super lin.*

**Commented [ND27]:** [fol.73va]

**Commented [ND28]:** id est figura *add. super lin.*

**Commented [ND29]:** id est clamore *add. super lin.*

**Commented [ND30]:** uel cum silencio *add. super lin.*

**Commented [ND31]:** uel mentis *add. super lin.*

**Commented [ND32]:** id est resonacione *add. super lin.*

**Commented [ND33]:** uel clariorum *add. super lin.*

**Commented [ND34]:** [fol.73vb]

**Commented [ND35]:** uel sic *add. super lin.*

**Commented [ND36]:** quin *add. super lin.*

**Commented [ND37]:** uel iacturam *add. super lin.*

**Commented [ND38]:** [fol.74ra]

**Commented [ND39]:** id est iniuriose *add. super lin.*

**Commented [CN40]:** uel commedia *add. super lin.*

**Commented [ND41]:** uel incitans *add. super lin.*

**Commented [ND42]:** uel dissuadet *add. super lin.*

tempore, sed multitudine, et longitudine eorum que dicuntur, permanere enim oportet eos qui hec petunt. Orationi enim ait, immorantes. Sed et ipse per exemplum illud quod est, secundum uiduam, que in misericordem et crudelem inflexit principem, continuitate interpellationis, et per id quod est secundum amicum, qui **intemporanee** nocte adhibet, et dormientem a cubili, suscitauit, non propter amicitiam, sed propter **assessionem**, nichil aliud quam continue interpellare ipsum uniuersos, in legislationem deduxit. Non tamen decemmilium uersuum orationem componentes ei aduenire, et **cordetenus** enuntiare simpliciter iubet. Hoc enim enigmatice insinuauit dicens, estimant quoniam in multiloquio eorum exaudientur. Nouit enim ait quorum opus habetis, et si nouit ait quorum opus habemus qua de causa orare oportet? Non ut doceas, sed ut inflectas, ut familiaris efficiaris continuitate interpellationis, ut humiliaris, ut rememoreris peccatorum tuorum. Sic igitur orate uos ait. Pater noster qui es in caelis. Vide qualiter confestim suscitauit auditorem, et omnis rememorauit beneficii in proemiis. Qui enim patrem dixit, et peccatorum dimissionem, et pene destructionem, et iustitiam, et sanctificationem, et redemptionem, et ad optionem, et hereditatem, et fraternitatem, que est ad unigenitum, et spiritus largitionem, per unam hanc confessus est nuncupationem. Neque enim possibile est uocare patrem, non omnibus illis potitum bonis. Dupliciter igitur eorum erigit sensum, et dignitate eius qui uocatur et magnitudine beneficiorum quibus potitus est. In celis autem cum dicat, non illic deum concludens hoc ait, sed a terra abducens, orantem et excelsis affigens regionibus et superioribus conuersationibus. Erudit autem et comunem pro fratribus facere orationem. Non enim dicit pater meus qui est in celis, sed pater noster, pro comuni corpore deprecationes referens. Et nusquam intendens qui est sui ipsius, sed ubique qui est proximi. Ab hoc autem et inimicitiam destruit, et elationem comprimit, et emulationem expellit, et matrem bonorum uniuersorum, **amorem** inducit, et anomaliam id est in equalitatem humanarum **causarum** exterminat. Et multam monstrat regi ad pauperem honoris coequalitatem. Si tamen in maximis et maxime necessariis, comunicamus uniuersi. Quod enim nocumentum est ex **inferiori** cogitatione? cum secundum superiorem, uniuersi simus copulati, et nullus alio plus habet nichil, neque diues inope, neque dominator seruo, neque principes eo cui principatur, neque rex milite, neque philosophus barbaro, neque sapiens idiota? Omnibus enim unam gratis tribuit nobilitatem omnium similiter uocari dignatus pater. Rememorans itaque nobilitatis huius, et donationis que est desuper et honoris coequalitatis et amoris qui est ad fratres, et a terra amouens, et celis affigens, uideamus quid iubet iam petere. Maximae enim ex ipsa dictio uirtutis doctrinam imponere. Qui enim patrem uocat deum et patrem communem, iustus utique erit talem demonstrare urbanitatem, ut non nobilitate hac indignus appareat, et equalem donationi tribuat studium. Veruntamen non sufficit in hoc sed et **aliam** apponit ita dicens, sanctificetur nomen tuum, digna deum deprecantis est oratio, nichil petere ante patris gloriam, sed omnia secunda existimare, illius laudationi. Sanctificetur enim hoc est glorificetur. Propriam enim habet gloriam plenam, et similiter semper manentem, rogare autem iubet orantem, et per nostram glorificari uitam, quod et ante dixit. Luceat lumen uestrum coram hominibus ut uideant bona uestra opera, et glorificent patrem uestrum qui est in caelis. Etenim seraphin glorificantia ita dicebant. Sanctus, sanctus. Quare sanctificetur, hoc est glorificetur. **Dignare** enim ait. Facere ita nos uiuere pure, ut per nos uniuersa te glorificent. Quod rursus perfecte est philosophiae, ita uitam irreprehensibilem tribuere in omnibus, ut quisque uidentium dominatori pro his referat laudationem. Veniat regnum tuum. Et hoc rursus pueri bonae mentis est uerbum, non affigi his que uidentur, neque magnum quid presentia estimare. Quod a conscientia bona fit, et animae erutae a terrestris negotiis, hoc itaque et paulus, secundum unamquamque concupiscebat diem. Ideoque dixit, quoniam et ipsi primitiam spiritus habentes, in gemiscimus ad optionem expectantes redemptionem corporis

**Commented [ND43]:** uel in tempora ita *add. super lin.*

**Commented [ND44]:** uel importunitatem *add. super lin.*

**Commented [ND45]:** [fol.74rb]

**Commented [ND46]:** uel caritatem *add. super lin.*

**Commented [ND47]:** [fol.74va]

**Commented [ND48]:** uel uili *add. super lin.*

**Commented [ND49]:** dictionem *add. super lin.*

**Commented [ND50]:** [fol.74vb]

nostri. Qui enim hoc habet desiderium, neque a benignis uitae huius inflari poterit, neque a tristibus humiliari, sed ut in ipsis conuersans celis, ab alterutra erutus est in equalitate. Fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra. Vides consequentiam optimam. Concupiscere enim iussit futura, et ad illam festinare abscessionem, quo usque autem hoc utique non fiat, et hic conuersantes, interim studere eandem his qui superius sunt, urbanitatem ostendere. Concupiscere enim oportet caelestia ait, et ea quae in caelis. Verum et ante caelum, et terram caelum iussit facere. Et in ipsa conuersantes, ut illic ciues existentes, ita et omnia facere et dicere ut pro his depreceur dominatorem. Nichil enim est quod prohibeat peruenire ad certitudinem superiorum uirtutum, quia in terra habitamus. Sed est et hic conuersantem, ut superius factum, iam omnia facere. Quod autem dicit hoc est. Quemadmodum illic omnia sine prohibitione fiunt, et non in his quidem obediunt angeli, sed in omnibus subitiuntur, et persuadentur, potentes enim ait, uirtute, fatientes uerbum eius, ita et nos dignos fac non ex semisse uoluntatem tuam facere, sed omnia quemadmodum uis complere. Vides qualiter et moderatos esse edocuit, monstrans quod non nostri studii est uirtus solum, sed et superioris gratiae. Et rursus orationem quae pro orbe terrarum est et prouidentiam, singulum nostrum qui oramus, recipere iniunxit. Neque enim dixit fiat uoluntas tua in me uel in nobis, sed ubique terrarum. Vt soluatur error, et plantetur ueritas, et expellatur malitia uniuersa, et reuertatur uirtus et in nullo secundum hoc, differat iam caelum a terra. Si enim hoc fiet ait, nichil distabunt que inferius sunt, ab his quae superius. Et si natura differant, angelos alteros terra nobis ostendente. Panem nostram super substantialem, da nobis hodie, hoc est panem nostrum super cotidianum. Postquam enim dixit. Ita fiat uoluntas tua, sicut in caelo et in terra, hominibus autem loquebatur carnem circuminducis et necessitati naturae subiectis, et non potentibus eandem habere impassibilitatem cum angelis, que iniunguntur quidem, similiter iubet fieri et a nobis, quemadmodum ea et illi complent. Condescendit autem iam et naturae infirmitati. Diligentiam enim ait urbanitatis ex peto tantam, non tamen impassibilitatem. Neque enim concedit naturae tyrannis, indiget enim cibo necessario. Tu autem michi intende qualiter et in corporalibus multum est spirituale, neque enim pro peccuniis neque pro lasciuiis, neque pro preciositate uestimentorum, neque pro alio aliquo talium, sed pro pane solum, iussit orationem facere, et pro pane cotidiano. Vt non pro crastino solliciti simus. Propterea posuit panem super substantialem, hoc est cotidianum, et neque in hoc suffecit uerbo. Sed et aliud post hoc apposuit dicens. Da nobis hodie, ut non ultra conteramus nos ipsos sollicitudine superuenientis diei. Cum enim ignores si spatium uideris, qua de causa sustines hanc sollicitudinem, hoc et procedens per ampliora iniunxit dicens. Ne solliciti sitis in crastinum, et uult undique nos bene accinctos esse, et alatos, tantum cedentes nature, quantum utilitatis necessitas a nobis expetit. Deinde postquam contingit, et post lauacrum regenerationis peccare, multam et hic philanthropiam suam id est amorem hominum demonstrant. Iubet de peccatorum dimissione, accedere philanthropo, deo id est amatori hominum et dicere ita. Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Vides philanthropias super habundantiam. Post tantorum malorum destructionem, et donationis magnitudinem ineffabilem, rursus eos qui peccant uenia dignos facit. Quoniam enim fidelibus hec oratio congruit, et leges ecclesiae docent, et primum principii. Indoctus enim non utique posset patrem uocare deum, si itaque fidelibus congruit hec oratio, orant autem hii peccata sibi dimitti, manifestum est quoniam neque post lauacrum destructa est penitentiae utilitas. Si enim non hoc uellet monstrare, neque utique in legislationem duxisset orare. Qui autem et peccatorum rememorat, et iubet petere remissionem, et docet qualiter utique potiemur remissione, et facilem hanc facit uiam, manifestum quoniam sciens, et monstrans quod et post lauacrum est abluere delicta, hanc supplicationis legem induxit. In submemorando quidem peccatorum, modestos esse suadens, in iubendo autem

Commented [ND51]: [fol.75ra]

Commented [ND52]: id est unumquemque add. super lin.

Commented [ND53]: nostrae add. super lin.

Commented [ND54]: [fol.75rb]

Commented [ND55]: uel leues add. super lin.

Commented [ND56]: uel usus add. super lin.

Commented [ND57]: Non aduersus nauia nos notum in marg.

Commented [ND58]: uel amoris hominum add. super lin.

Commented [ND59]: cathecuminus add. super lin.

Commented [ND60]: [fol.75va]

dimittere aliis, a memoria mali uniuersa eruens nos, in promittendo autem pro his et nobis concedere, benignam subtendens spem, et de ineffabili dei philanthropia id est amore hominum, philosophari nos erudiens, quod autem maximae oportet obseruare, hoc est quoniam secundum unumquodque eorum que dicta sunt, integre memorans uirtutis, et hac et hoc id est non rememorari malorum comprehendens. Etenim sanctificetur nomen tuum, perfectae est urbanitatis diligentia, et fiat uoluntas tua, hoc idem rursus significat et patrem posse uocare deum, immaculatae urbanitatis ostensio est, in quibus omnibus comprehensum est, et oportere dimittere iram his qui deliquerit. Sed tamen non suffecit in his, sed monstrare uolens, quantum pro re hac fecit studium, non suffecit solum in his, sed et singulariter id posuit, et post orationem nullius alterius mandati meminit, quam huius ita dicens. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis et pater uester caelestis, quare a uobis est principium et domini estis iudicii uos qui circa uos est. Etenim neque insensibilium aliquis incusare possit, condempnatus, te obnoxium, dominum facit sententiae. Et ut ipse decreuisti de eo ait, ita de te et ego discernam. Et si dimiseris conseruo, et a me eadem poteris gratia, quamuis non equale est hoc illi. Tu enim indigens dimittis, deus autem nullo opus habens, tu conseruo, deus autem seruo. Tu quidem obnoxius existens decem miliis malis, deus autem sine peccato existens, sed tamen et ita suam philanthropiam id est hominum amorem ostendit. Poterat enim et sine hoc, omnia tibi dimittere delicta, sed uult te et hinc beneficia accipere, decem mille tibi undique tribuens et mansuetudinis et philanthropias id est amoris hominum, occasiones, et feritatem que in te est, expellens, et furorem extinguens, et undique te membro tuo conuocans. Quid enim utique habes dicere, quod iniuste passus es aliquod malum a proximo? Hec enim sunt peccata, quia si iustae, neque peccata, sed et tu talium aduenis suscepturus remissionem, et multo maiorum, sed et ante dimissionem, non parua usus es donatione, doctus humanam habere animam, et omnem eruditus mansuetudinem, sed et cum his et merces tibi magna iacet illic, nullius expeti rationem delictorum. Quali igitur non erimus digni punitione, cum potestatem accipientes prodamus nostram salutem. Qualiter autem in aliis rebus deprecabimur audiri, ipsi nolentes in quibus sumus domini ignosci nobis ipsis? Et ne inducas nos in temptationem, sed erue nos a pernitioso. Quoniam tuum est regnum, et uirtus, et gloria, in secula. Sic nos nostram erudit manifeste uilitatem, et comprimit inflationem docens neque rennuere agones, neque tamen insilire. Ita enim uictoria et nobis clarior erit, et uictio diabolo derisibilior. Attractos enim, oportet uiriliter stare, non uocatos autem, silere, et tempus expectare agonum, ut et non uanam gloriam et uiriliter ostendamus. Pernitiosum autem hic diabolus uocat, iubens nos ad ipsum in placabile habere prelium, et monstrans quod non natura talis est. Non enim eorum, que ex natura, sed eorum que ex electione superueniunt, est pernities. Secundum superminentiam autem, ita ille uocatur, propter superhabundantiam malitiae. Et postquam nulla a nobis iniusta passus, inplacabile ad nos habet prelium, propter hoc neque dixit erue nos apernitiosis, sed apernitioso. Erudiens nos nequaquam ad proximos odiose nos habere, in quibus utique passi fuerimus ab ipsis male, sed ab istis, ad illum transponere inimicitiam, sicut omnium eum causam malorum existentem. Sollicitus itaque cum fecisset memoria inimici, et desidiam uniuersam nostram cum abscedisset, rursus audatiam prestat, et resuscitat sensum, regis rememorans sub quo ordinati sumus, et monstrans omnibus eum existentem fortiosem. Tuum enim est ait regnum, et uirtus et gloria. Quo circa si eius est regnum, nullum formidare oportet, ceu nullo existente qui resistat, et ad ipsum principium partiatur. Cum enim dicat tuum est regnum, monstrat et illum qui preliatur nobis subiectum, et si aduersari uideatur, deo permittente interim. Etenim et ipse ex seruis est, et si de honoratis et offendentibus, et non utique audebit nulli conseruorum super apponi, non prius desuper potestatem accipiens. Et quid dico conseruorum, neque aduersus porcos audere

**Commented [ND61]:** id est odio illati nobis *add. super lin.*

**Commented [ND62]:** uel remittere *add. super lin.*

**Commented [ND63]:** tribuens *add. super lin.*

**Commented [CN64]:** est *add. super lin.*

**Commented [ND65]:** id est odire illatorum *add. super lin.*

**Commented [ND66]:** est *add. super lin.*

**Commented [ND67]:** uel specialiter *add. super lin.*

**Commented [ND68]:** irrationabilium *add. super lin.*

**Commented [ND69]:** deum *add. super lin.*

**Commented [ND70]:** [fol.75vb]

**Commented [ND71]:** connectens *add. super lin.*

**Commented [ND72]:** quam *add. super lin.*

**Commented [ND73]:** sunt *add. super lin.*

**Commented [ND74]:** mitem *add. super lin.*

**Commented [ND75]:** id est *add. super lin.*

**Commented [ND76]:** Nota de his qui seipso tradunt intentiones *notum in marg.*

**Commented [ND77]:** deuinctio *add. super lin.*

**Commented [ND78]:** diaboli *add. super lin.*

**Commented [ND79]:** [fol.76ra]

**Commented [ND80]:** sunt *add. super lin.*

**Commented [ND81]:** uel consilio *add. super lin.*

**Commented [ND82]:** intensionem *add. super lin.*

**Commented [ND83]:** uel confortat *add. super lin.*

**Commented [ND85]:** cum ipso *add. super lin.*

**Commented [ND84]:** principatum *add. super lin.*

**Commented [ND86]:** ei *add. super lin.*

**Commented [ND87]:** ex *add. super lin.*

sustinens, neque aduersus gregem donec potestatem desuper accepit. Et uirtus ait. Quo circa et si decemmilies imbecillis fueris et si iustus, confidendum est talem habens regem, omnia facile et parte dirigere potentem. Et gloria in secula amen. Neque enim eruit te a superuentibus malis solum, sed et gloriosum potest facere et preclarum. Quemadmodum enim uirtus eius est multa, ita et gloria est ineffabilis, et omnia infinita et finis eorum est nullus. Vides qualiter ubique erexit athletam et confidere instruxit? deinde quod dixi monstrare uolens, quod omnium maximae, memoriam mali auertit et odit, et maximae omnium contrariam huic malitiae uirtutem acceptat, et post orationem rursus ipsius directionis meminit, et ab imminente punitione et adeterminato honore auditorem inducit ad mandati huius obedientiam. Si enim dimiseritis ait hominibus, et pater uester caelestis dimittet uobis. Si autem non dimiseritis, neque ipse uobis dimittet. Propterea caelorum rursus et patris meminit, ut et ex hoc, auditorem prouocet. Si talis patris existens, feralis efficietur, et ad caelum uocatus, terrenum quandam et uitae huius proprium habet sensum. Non enim utique gratia oportet fieri pueros solum, sed et operibus. Nichil autem ita assimilat deo, ut pernitiosis et iniusta facientibus ignoscere, ut et edocuit cum dixit, solem suum oriri facere super pernitiosos et bonos. Ideoque secundum singulum uerborum, communes iubet facere orationes. Pater noster dicens, et fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra, et da nobis panem, et dimitte nobis debita nostra, et ne inducas nos in temptationem. Vbiue plurali uerbo hoc iubens uti, ut pernitiosis et iniusta facientibus ignoscere, ut et edocuit cum dixit, solem suum oriri facere super pernitiosos et bonos. Quanta igitur erunt punitione digni qui post hec omnia non solum non dimittunt, sed et deum ad uindictam immicorum deprecantur. Et uelut ex diametro quodam legem hanc transgrediuntur. Et haec agunt, eo omnia fatiente et negotiante, ut non litigemus adinuicem. Postquam enim radix omnium bonorum est amor, quae obsunt huic undique destruens, nos adinuicem conglutinans congregat. Non enim est aliquis et si pater, et si mater, et si amicus, et si alius quicumque, qui ita nos dilexerit, ut qui fecit nos deus, et hoc maximae et ex quibus benefacit per unamquamque diem, et ex his que iniungit, est manifestum. Si autem tristitias michi dixeris, et dolores, et uite mala, excogita quantis eum per unamquamque diem offendis. Et non ultra miraberis, et si ampliora his, superuenerint mala. Sed si bono aliquo frueris, tunc et ammiraberis, et stupesces. Nunc autem ad angustias quidem superuenientes, inspicimus. Offensiones autem in quibus per unamquamque diem offendimus, non putamus. Propterea tristamur. Quia si unius diei solum, cum diligentia peccata nostra excogitaremus, tunc bene cognosceremus. Quantis utique essemus obnoxii malis. Et ut alia derelinquens, que singulariter ab imo quoque commissa sunt delicta, que hodie effitiuntur dicam, quamuis non noui quod unusquisque uestrum peccauit. Sed tamen tanta est super habundantia delictorum, ut qui neque certissimae omnia nouit, possit ex his accipere. Quis igitur uestrum non deses fuit orans, quis non extulit, quis non uanam gloriam habuit, quis non maledixit fratri, neque assumpsit pernitiosam concupiscentiam, non inspexit incontinentibus oculis, non meminit cum passione inimici, et tumescere cor fecit. Si autem in ecclesia existentes et tempore paruo tantis obnoxii effecti sumus malis, quales erimus exeuntes hinc? Si inportu tantae sunt procellae cum exierimus in eurippum malorum, forum dico, et ciuiles res, et sollicitudines que sunt in domo, nunquid nosmetipsos saltim cognoscere poterimus? Sed tamen tantorum et tam magnorum peccatorum ereptionis, dedit nobis facilem et uelocem uiam, et omni erutam labore deus. Qualis enim labor est dimittere ei qui contristauit. Labor denique est non dimittere, sed detinere inimiciam. Quia eripi a furore, et remissionem multam facit, et uehementer facile est uolenti. Neque enim pelagus pertransire oportet, neque uiam abire longam, neque montium superuenire uerticibus, neque pecunias consumere, neque contendere corpore, sed sufficit uelle solum, et omnia soluta sunt peccata.

**Commented [CN88]:** est add. super lin.

**Commented [ND89]:** [fol.76rb]

**Commented [CN90]:** sunt add. super lin.

**Commented [CN91]:** est add. super lin.

**Commented [ND92]:** illati add. super lin.

**Commented [ND93]:** commendat add. super lin.

**Commented [ND94]:** uel filios add. super lin.

**Commented [ND95]:** uel similem facit add. super lin.

**Commented [CN96]:** tibi add. super lin.

**Commented [ND97]:** uel nostrum add. super lin.

**Commented [ND98]:** [fol.76va]

**Commented [ND99]:** uel caritas add. super lin.

**Commented [ND100]:** his add. super lin.

**Commented [ND101]:** ea add. super lin.

**Commented [ND102]:** se add. super lin.

**Commented [ND103]:** [fol.76vb]

**Commented [ND104]:** id est caripdim add. super lin.

**Commented [CN105]:** ab add. super lin.

Si autem non solus ipse sed et deum, aduersus eum interpellaueris, quam iam spem salutis habebis, cum quando propitium ipsum facere oporteret, et tunc ipsum irrites, supplicantis quidem scema id est figuram circum indutus, fere autem uoces emittens. Et aduersus te ipsum sagittas illas pernitiosi infigens. Propterea et paulus orationis rememorans, nichil ita exquisiuit, ut mandati huius custodiam. Eleuant enim sanctas manus, sine ira et disceptatione. Si enim quando misericordia opus habes, neque tunc dimittis iram, sed et uehementer eius meministi, et hec agis sciens quod aduersus te ipsum ensemp impellis, quando poteris effici philanthropos id est amator hominum, et pernitiosum expuere pernitiei huius uenenum? Si autem non dum inconuenientiae huius uides magnitudinem, in hominibus id reputa fieri, et tunc uidebis contumeliae huius super habundantiam. Si enim homini tibi existenti accessisset aliquis, rogans misericordiam consequi, deinde in medio iacens super terram uidisset inimicum, et dimittens te supplicare illum percuteret, nunquid non utique maiorem fecisset iram, hoc reputa et in deo contingere. Etenim et tu deo supplicans in medio supplicationem dimittens inimicum uerbis percutis. Et dei legis conuitiaris. Eum qui in legislationem deduxit omnem iram dimittere aduersus eos qui contristarunt, uocans et rogans contraria suis preceptis facere. Non sufficit in pene tibi rationem, quod tu transgredieris legem dei, sed et ipsum hoc facere deprecaris. Nunquid enim oblitus est eorum que iniunxit? Nunquid enim homo est qui hec dixit? Deus est qui omnia nouit, et cum diligentia uniuersa, eos qui suas custodire uolunt leges. Et tantum dimittens a fatiando hec que precaris, quoniam te qui haec dicis, et ob hoc quia dicis solum, auertit et odit, et uindictam expetit ultimam. Qualiter igitur rogas ab ipso accipere ea a quibus ipse cum multo studio te abstinere iubet? Sed enim sunt quidam qui et in tantum irrationalitatis deuenerunt, quod non solum aduersus inimicos orant, sed et filios illorum maledicunt. Et ipsorum si possibile esset ex carnibus degustarent. Magis autem et degustantes. Ne enim michi hoc dicas quoniam dentes non infixi corpori eius qui contristauit. Multum enim difficilius fecisti, quod tamen ad te attinet, deprecans desuper iram afferri aduersus ipsum, et immortaliter tradi supplicio, et cum domo euerti uniuersa. Quibus enim haec non difficiliora sunt morsibus? Quibus sagittis non amariora? non haec te erudiuit christus. Non ita os sanguine repleti iussit. Etenim tales linguae deteriores sunt, ore sanguine repleto, a carnibus humanis. Qualiter igitur amplexaberis fratrem? Qualiter tanges hostiam, qualiter gustabis de sanguine dominico, tantum habens mentis uenenum? Cum enim dixeris, maledic ei, et domum euerte, et omnia perire fac, et decem mille aduersus eum perditiones ores, nichil ab homicida differs, magis autem ab hominum uorace fera. Quiescamus igitur ab egritudine et insania hac. Et dilectionem quam iussit, circa tristantes, ostendamus. Vt efficiamur similes patris nostri qui est in caelis. Quiescimus autem, si priorum rememorauerimus peccatorum, si cum diligentia, uniuersa inuestigauerimus que deliquimus, intus extra, in foro, in ecclesia. Si enim nullius alterius desidia saltim que hic est, ultimam digni sumus uindictam sustinere. Etenim prophetis psallentibus et apostolis hymnos canentibus et deo disputante, extra erramus, et uitae huius negotiorum introducimus tumultum. Et neque tantum tribuimus dei legibus quietem, quantum regis litteris in theatris inspectores, attribuunt silentium. Illic enim, cum litterae illae leguntur, et consules et prefecti, et senatus, et plebs recti omnes stant, cum quiete audientes que dicuntur. Etsi in medio profundissimae illius quietis repente aliquis insiliens clamauerit, ceu ad regem iniurians, ultimam dabit uindictam. Hic autem cum litterae que ex caelo sunt leguntur, multus undique fit tumultus. Quamuis et qui misit has litteras, multum rege isto est maior, et spectaculum hoc honestius. Non enim hominum solorum sed et angelorum est. Et uictoriae laudes hee quas litterae euangelizant, multo earum que in terra sunt terribiores. Ideoque non homines solum, sed et angeli, et archangeli, et caelorum plebes, et omnes qui sunt in terra laudare iubemur. Benedicite enim ait dominum, omnia opera eius. Non enim paruae sunt

Commented [ND106]: De male dicentibus notum in marg.

Commented [ND107]: es add. super lin.

Commented [ND108]: uel cogitatione add. super lin.

Commented [ND109]: [fol.77ra]

Commented [ND110]: tibi add. super lin.

Commented [ND111]: nouit add. super lin.

Commented [ND112]: uel absistens add. super lin.

Commented [ND113]: quantum add. super lin.

Commented [ND114]: [fol.77rb]

Commented [ND115]: ad pacem add. super lin.

Commented [ND116]: [fol.77va]



haec directiones, sed omnem superexcedunt rationem et intellectum, et mentem humanam. Et has secundum unamquamque diem famosae predicant prophetae, differentur unusquisque preclarum hoc trophaeum annuntians. Hic enim ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, et assumpsit dona in hominibus, et dominus fortis et potens in prelio. Alius autem ait, fortiorum diuidit spolia. Etenim propter hoc uenit, ut predicet captiuus dimissionem, et cecis respectioem, et aduersus mortem triumphale canticum iubilans dixit, ubi tua est uictoria, o mors, ubi tuus stimulus o inferne? Alius autem rursus profundissimam pacem euangelizans dixit. Conterent gladios suos in uomeres, et lanceas suas in falces, et alius autem ierosolymam uocat dicens, letare ualde filia sion, quoniam ecce rex tuus uenit mansuetus, ascendens super subiugalem et pullum nouum. Alius autem et secundum eius famose predicat, aduentum, ita dicens. Veniet dominus quem uos queritis, et quis sustinebit diem ingressus eius, exultate ut uituli, a uinculis relaxati. Et alius rursus talia stupefactus, dixit. Hic deus noster, non putabitur alius ad ipsum. Sed tamen et his et multo amplioribus dictus, decens esset timere, et neque in terra extimare esse, ut in foro medio tumultuamur, turbamur ea quae in nullo nos attingunt loquentes, uniuersum consumimus, huius congregationis tempus. Cum igitur et in paruis et in magnis et in predicatione et in operatione et intus in ecclesia et extra ita simus desides, et cum his uniuersis, et aduersus inimicos oremus, unde habebimus salutis spem, tantis peccatis aditamentum aliud difficile et obuiam his iniquam hanc apponentes orationem? Si igitur ammirari iustum est si contingat aliquid in oppinabilem et tristium nobis, decens est magis cum non contingat, ammirari. Illud enim, negotiorum est consequentiae. Hoc autem, super rationem omnem est, et expectationem. Etenim super rationem est, inimicos dei factos et irritantes eum, potiri sole, et pluuiis, et aliis uniuersis ferarum crudelitatem uincens, et aduersae in inuicem stantes, et in proximorum morsibus, lingua sanguine replentes, post mensam spirituaalem, et post tanta beneficia, et decem mille promissiones. Haec igitur excogitantes, uomamus uenenum, dissoluamus inimicitias, et nobis decentes orationes faciamus, pro demonum feritate, angelorum accipiamus mansuetudinem. Et quantacunque fuerimus iniusta passi, que nostra ipsorum sunt excogitantes, et mercedem pro hoc mandato nobis in iacentem, mollificemus iram, coartemus procellas. Vt ad presentem uitam sine turbatione pertranseamus, et abeuntes illuc, tali potiamur dominatore, quales circa conseruos effecti sumus. Si autem graue hoc et terribile est, faciamus id leue et suaue, et preclaras ianuas liberae presentiae quae est, ad ipsum, aperiemus. Et quod non potuimus explere inodiendo peccata, hoc expleamus quia facti sumus his qui in nos peccauerunt mansueti. Neque enim graue est hoc, neque difficile, et inimicis nostris benefatientes, multam nobis ipsis recondamus misericordiam. Ita enim et secundum presentem uitam, uniuersi nos diligent, et ante alios uniuersos deus, et amabit et coronabit, et futurorum nos omnium bonorum, dignos constituet. Quibus sit omnes nos potiri, gratia et philanthropia id est amore hominum, domini nostri ihesu christi, cui gloria et imperium, in secula seculorum, amen.

**Commented [CN117]:** ait *add. super lin.*

**Commented [ND118]:** uel *cum* dicantur *cum add. super lin.*

**Commented [ND119]:** [fol.77vb]

**Commented [ND120]:** nos *add. super lin.*

**Commented [ND121]:** contionis *add. super lin.*

**Commented [ND122]:** ab aliis *add. super lin.*

**Commented [ND123]:** [fol.78ra]

**Commented [ND124]:** uel quia odimus uel propter odimus *add. super lin.*

**Commented [CN125]:** uel inodiendum